

ΕΥΦΗΜΙΑΙ

In honorem

*Genere, Virtute & Doctrina Clarissimi & Præ-
stantissimi Viri,*

**Dn. HENRICI KRAUT-
HOFII NEOBRAND: MEGA-
POLITANI,**

Cum ei

Confessu Spectabili,

*In illustri SALANA summus J. U. HONOS & Doctoralis
dignitas 20. Decemb. Anno 1606.*

Sub Rectoratu

Magnifici, Nobilis, Clarissimi & Experientissimi Viri,

**Dn. PHILIPPI JACOBI SCHRÖTERI
MEDICINÆ DOCTORIS ET PROFESSORIS,
nec non Comitum Palatini Cæsarei.**

DECANO

Magnifico, Clarissimo & Consultissimo Viro,

**Dn. DOMINICO ARUMÆO D. ET PROFES-
sore Juridicæ Facultatis dignissimo Spectabili.**

A

Venerando sene

Viro Magnifico, Amplissimo & Clarissimo

**Dn. JOHANNES STROMERO J. U. D. PRO-
fessore Publico & Facultatis Juridicæ Ordinario dignissimo
conferretur,**

DECANTATÆ

AB AMICIS.

JENÆ Typis LIPPOLDIANIS.



gr. er. D.

601, 110

13034



I.

AD HENRICUM KRAUTHOFI-
UM JURIS LAUREA JENÆ
ORNANDUM,

S.

Non ego nescio. saepe fides suspecta Poëta est:
Sunt tamen ista Boni seria dicta Viri:

Cum tua, KRAUTHOFI, legeretur Epistola, quã
Ad spectacula tui NOMINIS ire jubes: (me
Non eo, confestim dixi. nec amica lutosus
Iverit; ut facies jam lutulenta soli est.

Nec Carmen mitto. Carmen quis miserit illi,
Quem cibant Aonii pura medulla favi?

DOCTURÆ tamen ista meo tibi Purpura versu
Salveat; Et voto sit diuturna precor:

Quæ docuit nostros; CONSULTUM Jura LA-
TINE


Respondere BONUM posse: quod Otho negat.

Wittebergæ faciebam

Fridericus Taubmannus,
Professor.

HENRI-

Aus der
Schloßbibliothek zu Oels
1885



HEINRICO KRAUTHOFIO, J. U.

DOCTOR ANDO S.

Parodia Horatiana ex lib. 1. Carm. Od. 1.

KR A U T H O F I proavis edite splendidis
 O & præsidium & dulce decus tuis.
 Sunt quos fulva Tagi pondera sordidos
 Collegisse juvat curaque non pudens
 Viventum domina, heu! deprimit ad Styga.
 Hunc, si splendidulas olfacit offulas
 Aulæ, & tergeminis fulget honoribus;
 Illum, si patrios confidet ad Lares
 Felix, & proprio condit in horreo
 Dives, quo timidam disiciat famem.
 Famamque Attalicis conditionibus,
 Nunquam dimoveas iste fororculis
 Desertis studia ut visat Olympica,
 Parnassivè adeat culmina nobilis.
 Scirones metuens ocium, & oppidi
 Laudat rura sui, & caseolos domi
 Pressos, indocilis pauperiem pati.
 Te doctarum hederæ præmia frontium
 Dis miscent superis, te pavidum forum
 Et diæ Themidos Gratia, Suadaque
 Commendant populo. Sic age, si favor
 Non curas cohibet, nec stupor invidus
 Arrodit placitum J U S T I T I Æ decus,
 Sublimi feries sidera vertice.

M. Thomas Sagittarius Poët. Caf. &
 Gr. Ling. Prof. Publ.

III.

SALANAM ingressus claram, voti quoq; compos
 Factus, discedes hinc non sine laudis honore.
 Utere honore igitur concessio, & vellere gaude,
 Vellere jam gaude tanto sudore parato.
 Hunc tibi felicem lætor gratorq; triumphum
 Et precor hinc honor ut divino subsit honori.

*Jacobus Kadefe / Pastor
 Weitinensium.*

IV.

Discere Justiciam, via dura & plena laborum:
 Durior ast alios rectum justumque præire:
 Sed justè justam durissima currere vitam.
 Discere **C**RAUTHOFIUS potuit, poteritque docere
 Reddere cuique suum, mortalem lædere nullum:
 Justus & ut vivat; faxit justissimus unus.

T. T.

*Henricus Wildeshusen,
 Pastor im Brun.*

F I N I S.

